



Repetitio Clem. I. Ut Clericorum De Officio Ordinarii

Aufréri, Étienne

Leodii, 1702

Sequuntur Sex Extensiones & declarationes præmissarum duarum
regularum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63069](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63069)

SEQUUNTUR SEX EXTENSIONES
 & declarationes præmissarum duarum
 regularum.

Extende huiusmodi primam & secundam regulas etiam
 ad concubinas Clericorum, quæ forum Clerici sequuntur
 gl. & tex. in cap. eos 32. distinct. ubi dicitur quod concubi-
 na Clerici debet puniri per Episcopum, & si non potest
 eam punire, indulget quod puniri possit per principem, &
 ibidem sequitur Archi. & Domi. præsertim in Cle. in sacris
 constituto: quia tunc committit adulterium, & sacrilegium
 27 qu. 1. cap. qui Christo & cap. virginibus no. Host. in
 summa tit. de coha. Cler. & mulier. §. quam penam.
 Henric. & Sicul. in cap. 2. de coha. Cler. & idem Sicul.
 in cap. ut Cler. de vita & honest. Cleri. Imo clarum est,
 quod crimen sacrilegij punitur iudicio Ecclesiastico. c.
 quisquis 18 qu. 4. & cap. cum sit generale de foro compet.
 & canones disponunt huiusmodi concubinis, ut patet
 in cap. quidam 81 distinct. & glo. in cap. fraternitatis.
 34 distinct. & in alleg. cap. 2. de coha. Cler. dicitur fœ-
 mina verò canonicè iudicetur, & ibi gl. Iudex autem
 secularis in alleg. cap. eos aditur in defectum, & non
 principaliter: quia talis non efficitur ancilla de jure ci-
 vili, sed de jure canonico, ut in alle. cap. quidam:
 ideo propter hoc eximuntur à jurisdictione secul.

Idem tenet Sicul. in cap. 2. de coha. Cle. alle. videlicet
 quod concubina Clerici, præsertim in sacris constituta
 est de foro compe. & ibi idem tenet Anto. idem Ludo-
 vicus Romanus in singularibus, in verbo concubina.

Idem Io. de Platea in l. prima C. de muli. & in quo
 loco. libr. 10 & per hoc videtur hodie bonus textus in
 consilio Basilen. titu. de concubina. ibi prælati concubi-
 na

nas aut mulieres suspectas curent à suis subditis per invocationem brachij secularis, si opus fuerit penitus arcere, &c.

Adverte tamen, quia Petrus de Ancha. *in reg. juris*, ea quæ quæstione 24 & *in consil. suo* 197 ver. *super secundo dubio* tenet, quod Princeps secularis possit facere statuta pœnalia contra prædictas concubinas Clericorum manifestas & notorias, nec tunc secundum eum honestas Ecclesiæ maculatur, sed potius defensatur & sacri canones melius custodiuntur. Contra occultas vero non videtur, quod iudex Laicus possit ex officio procedere, & sic detegere crimen Clericorum, pro hoc quod ait Constantinus *in c. in scripturis* 96 di. Idem tenet Ioa. de Ana. *super rubrica de adulte. Adde Feli. in cap. si concubina. de sen. excom.*

Quicquid sit, quia dictæ concubinæ sicut præmittitur, committunt crimen sacrilegij, quod est crimen commune, iudex secularis in præsentî regno illarum recipiet cognitionem, & puniet illas, licet etiam puniri possint per iudicem Ecclesiasticum: Opinio tamen Petri de Ancha. maximam æquitatem videtur continere.

2. Extende ad uxor. Cler. conjug. Sicul. *in cap. 2. de fo. comp. Clavas. in verb. excommunic. 7. §. 8. per l. fin. C. de incol.* ubi mulieres honore virorum clarent Doct. *in cap. unio. de Cler. conjug. lib. 6.* uxores verò Cleric. in sacris constit. gaudent privilegio fori Clericorum, ut in uxoribus Græcorum. Imol. *in cap. 2. And. in d. cap. 1.* dicit nunquam fuisse receptum, quod in criminal. ab Eccles. iudicetur, & absurdum esset quod in civil. coram secul. conveniatur in criminalib. vero coram Ecclesiast. & ista opinio servatur. *Adde Zasium c. 17. sin. resp. B. D.*

3. Extende ad familiam clericorum quæ gaudet eodem privilegio gloss. *in cap. Clericum* 11 qu. 1. & gloss.

in allegato. cap. eos 32. distinctione. & in §. novarum. in ver. mancipia 16. qu. prima tenet Domi. in allegato. cap. & Maria. in cap. 1. de foro competenti. Clavas. in verb. Clericus 14. §. 2. Sed Archidiaconus in allegato. cap. Clericum. dicit quod istud non habet locum in servitoribus conductitiis, qui servant precio, & idem tenet Siculus in alleg. cap. 2. de foro competenti. Nam speciale est in familia Episcopi ut gaudeat privilegio fori, ut in cap. fina. de officio Archidiaconi, & in ista materia stricta debet fieri extensio, quia multa Episcopis conceduntur, & non aliis cap. si. de re judi. lib. 6. cap. si. de privi. & cap. quam periculosum, de senten. excom. eo. lib. & facit cap. pe. ver. non sic autem. de privi. eo. lib. ubi privilegium datum conventui non prodest familiaribus, & facit cap. per exemptionem eodem libr. & titu. ubi si in oblatis requiritur qualitas perpetuitatis, quanto minus gaudebunt famuli temporales nihil habentes spiritualitatis. Et hæc pars videtur esse tutior, & de facto servatur.

Quarto extende ad eremitas, quia sunt de foro Ecclesiæ per cap. idemnitatibus. ad finem de elec. lib. 6. idem tenet Imol. in Clemen. per litteras de præben. in Clem. Idem Anthon. consil. 19. incipiente: quia hic agitur in penul. col. addens, quod caput eorum vitæ est Christus, & subsunt præbytero, in cujus parrochia degunt. Idem tenet glo. in l. 2. ff. de in jus vocand. & ibi Ange. & Doct. ad idem gl. in cap. nulla. 9. dist. & in cap. qui vere 16. qu. 1. in quibus dicitur: quia eremitæ sunt sub Episcopo, in cujus territorio sunt, idem videtur velle, Innoc. in cap. cum ad monasterium, de statu mona. ubi dicit eremitam esse perso-

Mincian. de cap.
Continuatur in 19.
Menoch. arb. jud.
Cap. 202. n. 3. 10. 11. 59.
Dorffpörgen de
prob. l. 2. §. 1. c. 2. n. 1.
pacion de loc. et
cond. c. 27. n. 129.
Gobierde jund.
Ordinaz. in exempt.
l. 1. c. 30. Joa. Nic.
Henr. Dissert. de
transfition. pri.
vileg. personal.
ad a. hos. §. 2.
Henr. Limahende
jur. episcop. cap. 11.
n. 57. et 58. Frid.
rich de for. compet.
part. 3. cap. 120.
Spizer. Theatr. Ser.
væ. Tit. 24. §. 46.
May. 12. decem. 177.
Verborst. Adde.
et decis. ad Cho.
huer. Tract. de 711.
159. Ord. in
excom. ad q. 1.
37. Adde. ubi
farrulatus
opertus est.
Camporum
gaudeant
re exempt.
monis

personam Ecclesiasticam, & Arch, in *cap. unico de excessib. praelat. lib. 6*, dicit quod eremita est religiosa persona. Sed Lau, lo, de Ligna, & Zaba, in *alleg. Cle. per litteras. & Sicul, in alleg. cap. 2, de fo. compe.* quia tales ex utero matris Laici nati sunt, ita in eodem statu sunt censendi, ex quo non intervenit alius actus eos eximens à jurisdictione temporali, qui est duplex videlicet receptio ordinis, & conversio ad aliquem de religionibus approbatis, ut in *cap. si. de religio. do. & 17 qu. 4. ca. si quis suadente. de senten. excommuni. cap. non dubium cum similibus*: & istud videtur de jure verius, quia isti eremitæ non habent certam regulam, nec sunt obligati ad standum ibi, sed tenentur sola voluntate, & sunt sicut locustæ qui regem non habent, ut ait gloss, in *alleg. cap. qui vere.* Unum absurdum videretur, quod ex sola voluntate se possint eximere à jurisdictione Imperatoris, & redire quando volunt, pro quo optimè facit, *cap. duosunt genera. 12 qu. 1*, ista pars de jure videtur verior, & credo quod servaretur in practica, & recordor ita iudicatum fuisse per curiam parlamenti de quodam eremita, qui propter egregia furta & rapinas ultimo fuit affectus supplicio, sed opinio prima videtur æquior, maximè favore religionis pro qua videtur in dubio iudicatum, *l. sunt personæ ff. de religio. & sump. fu.*

Quinto extende ad sectores hospitalium auctoritate Episcopi ædificatorum, quando promiserunt in manibus Episcopi caste vivere, & uxore mortua aliam non ducere, quia tales videntur quasi conversi, ita tenet Hosti, *summa de re.* 38

de regula. §. 1. ver. quod rusticus. Si autem utuntur conjugio, & habent proprium, & sunt Laici, non gaudent privilegio Clericali, nec quo ad personas, nec quo ad bona rationibus tactis in pra xi extentione, quia non sunt Clerici, neque converfi, tenet *Sicul. in alle. cap. 2. de fo. compe. Io. de Ligna. Et Zaba. in allega. Cle. per litteras de praben. idem Barto & Angel. in l. quod constitutum ff. de milit. testa. & allegatur per moder. Pet. de Ancha. sub ti. de regula.* Ego crederem standum esse consuetudini, sicut tenet Host, supra, & eum sequitur Laudu, & Imo, *in praell. Cle.* quia consuetudo est optima legum interpret *l. si. de interpretatione. ff. de legit. & c. cum dilectus de consue.* Consuetudo autem habet, quod tales non gaudent privilegio Clericali, nec in personis, nec in bonis proprijs: quia secus de bonis collatis hospitali, ut tenent Laud, & Imo ubi supra,

39 Sexto extende ad fratres tertij ordinis, quia sunt de foro Ecclesiae, & subsunt Episcopo, ut tenent Zen, & Lap, *in Cle. cum ex eo de senten. excom. in Cle. & Zaba. in cap. si diligenti fo. compe.* dicens pronunciasse propter gloss. 3. *in Cle. cum ex eo allega.* idem tenet Antho. *in cap. 2. de foro compe. & in cap. 1. de obliga. ad ratioci. idem Paul. in allegat Cle.* dicens Ioan. de Ligna, pro hac parte consuluisse. idem Bart. *in l. 1. ff. de pen. & melius in l. semper ff. de jure immun.* quem sequitur Imol. *in allega. Cle. idem Clava. in ver. excommunicatio 7. & 8.*

Et hodie ita est decisum in extravaga. Papae Sixti quarti, quae incipit, *Sancta Romana*: ubi recitatur quod plures solemnissimi Doctores ita tenuerunt, Et ita servatur de consuetudine in praesenti civitate: Quod ego intelligo in istis fratribus de tertia regula, quando receperunt habitum auctoritate Superioris, ut sint perpetuo Deo

Deo dicati, nisi habitum in fraudem assumpſissent, ut
no, Bart. *in alleg. l. 1.* Sed quod non sint de foro Eccle-
siæ, tenet Cal. *tit. de foro. compe. consil. 7.* Sicul. *in alle.*
cap. referens ita consuluisse. *Feder. de se consilio 165* Albe
in l. placet. C. de Sacrosanct. Eccles. Baldus *in l. officia-*
les. C. de Episc. & Cle. Pet. de Anob. in allegata regula
juris. Ea quæ. qu. 15 & Maria. in alleg. cap. 2. & licet
istorum opinio videatur de jure verior, prima tamen tu-
tior & æquior,

QUÆSTIO.

An in præmissis casibus, quibus
Clerici coram Laico Iudice sta-
re cogantur, ligentur statuto
stilo & consuetudine fori secu-
laris.

Q Uia sicut visum est supra Clerici plerisque
in casibus in seculari judicio litigare com-
pelluntur, hic ad prædicta inseritur dubium vulga-
tum, utrum in dictis casibus Clerici ligentur sti-
lo, consuetudine, & statutis fori secularis.

In qua quæstione variæ fuerunt hætenus Do-
ctorum sententiæ ego tamen: salva correctio-
ne communem opinionem in sequendo, dico
quod in his quæ concernunt litis ordinationem
ut quod instantia finiatur certo tempore, vel
quod actor tenetur dare fidejussorem, & idem
delibellil oblatione, & similibus concernen-
tibus ordinationem litis, servandum erit
jus Laicorum, quia lex canonica consen-
tiens,